

Simplissime et Nobilissime Heros
 Excella fama nominis tui me excitavit has ut ad te mitterem,
 necessitas magnam imbecillitatis humana patrocinium, adegit,
 Patris mei Erici Puteani tui amicissimi virtus praeit
 Regia vocatio coegit. En haec causa sunt, quae serenissi-
 mo Principi et tibi molestiam creant, ignosce et quae
 sunt sequentia magna momenti, expeude. 13 April
 Antwerpia discedens, appuli ad propugnaculum quod
 Crucis titulo insignitur, ubi pro instituto Commendatori
 loci Jacobo Colme testimonium Regium exhibui, quae
 parvi aut certe, ut dicam, nihili estimavit, quasi fer-
 rea me manu non secus ac in gurgustium compegit,
 Hagam Comitum se scripturum asseveravit, scripsit
 itaq, quid autem et cui, me latet, nunc sic te go
 undecimum diem, quo me pro sua voluntate et inex-
 plebili avaritia ad viginti milia florenorum proscripsit.
 magna certe summa et pro hoste jurato et capitali.
 Dolendum certe tales quos inveniuntur, qui pro jure
 quaeq, injuria corradere nimmer studeant. Liber sum
 ordinatione Suevia, et Principum quidem suffragio
 cer diplomate, qui librum pro manibus habeo. Prater
 ea quid est frui aut gaudere commendatione Regia,
 nisi liberum habere transitum? Transactum est a
 me iter super Brabantiam in Daniam per Bergam
 ad Romam, et per Lillo, sed isti Gubernatores
 J. Morghen vir ex animo Buchoven J. Beverj
 non solum demiserunt liberum, sed ad colloquium
 et mensam dignati fuere admittere, nunc quasi
 prohibitor aliquis repudiatus latito. Per tria annorum
 spatium peregrinando vitam trivi in Danis Norvegia
 Suecia, Polonia, Germania, Belgio, Anglia, Gallia
 Italia, et Hispania, nunquam in inclementiores incidi

manus quod si autem viri Severitatem praenovissem, in
ipius manus non venissem; sed simplici prudentia veni-
munitur testificatione Regia, nihil quicquam mali suspi-
catum cum antea iter a me transactum esset, quod
et manus J. Gubernatoris Severi ostendet quam
sic includo. Post haec si ex hac clausula Serenissimus
Princeps velit eximere me, testimonium impetrabo,
ne amplius in periculum incurram. Quapropter
ad te confugio Generosissime Domine, qui potentia
consilio plurimum apud Serenissimum Principem efficere
potes, effice ut hac clausula primo ~~et~~ evadam, Deus
apt. max. novit quam sic cum in angustiis, studia
inter arma non bene conveniunt. Si autem fieri
minus potest, de quo tamen nullus dubito, Regi meo
Serenissimo scribere cogor, a quo nunc vocor ut
manus Bruxellis Praesidentis ambiam. Sed quid
plura addo, res facilis est volis, quae sic difficilis.
Serenissimo Principi me commendo, qui viso testimo-
nio liberum pronunciet. Ante binos menses Ampl.
Dnus Puteanus Jocer meus, tuum carmen subtilissima
Minerva compositum recte accepit, in quo totum
Theatrum Heroicum veluti corona redimitur, pro-
fundum fuit, et rapit me et Jocerum in admira-
tionem et venerationem. Plura ubi Deus voluerit
coram exponam. Sic vale Illustris Heros et
causam meam fidei manu suscipe, inter proclara
tua facta nomen tuum ultro commendabis immor-
talitati. raptim dabam ut ex contextu litterarum
apparet. Ex praesignaculo Crucis 11 April 1643.

Justitiam tuam Heroicam
Dignetur etiam sua serenius cultor Petrus Paulus
magnificencia tua rescribere verba, Winding
ut sciam quid apud factu sit. vale.
ms.

Utor licentia ulterius, fretus humanitate tua, quomodo quæso
vultor darem, qui Legis sum et non mei ipsius, etsi
nisi persistendum esset in clausula per annum, tamen
non ullum vultor exponerem, antequam Serenissimi
nostri Principis voluntatem aut dispensationem scirem
qui satis me pro illa qua fovet amicitia et affinitate
cum Illustrissimo Principe Aurantionum scripto eximat.
sed interim patitur iustus communiter ut jactatur
dictum. Expensas quis præterea solvet et sacro, si
interceptus essem, et non testificationem pro transitu
libero haberem, res esset alia, sed tu mihi Heras
qui socius mei intimus et factor et mecenas, generum
suum suscipe, virum invenies tibi addictissimum sic
vale et pro tua singulari humanitate rescribe.

T. T. J. Winding
Jms.

